

DIE AKTEN DES BAYRISCHEN PROVINZIALKAPITELS VON 1629.

Von den Akten der bayrischen Provinzialkapitel, die grösstenteils im Münchner Staatsarchiv unter der Rubrik « Praemonstratenses in genere » ruhen, wurden bis jetzt noch keine publiziert. Zu den interessantesten gehören ohne Zweifel diejenigen, die in der ersten Hälfte des 17. Jahrhunderts stattfanden, also mit den in dieser Zeitschrift veröffentlichten Capitula Sueviae parallel liefen. Damals wurde nämlich, zumal auf Betreiben des damaligen Generalvikars der Zirkarie, des Abtes Andreas Vögele ¹⁾ von Windberg, die von Layruehl angeregte Reformbewegung in Bayern durchgeführt. Während die Archive der übrigen bayer. Klöster restlos nach München kamen — soweit sie nicht verschleudert wurden — hat sich in der Pfarrregistratur zu Windberg ein Teil des alten Klosterarchivs, im ganzen 20 Faszikel mit Urkunden von 1400-1806, erhalten. Faszikel XVI enthält die Akten der Provinzialkapitel von 1629 und 1723, wovon die ersteren hiemit zum ersten Mal veröffentlicht werden.

INDICTIO CAPITULI PROVINCIALIS

CIRCARIAE BAVARIAE ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS.
ad diem 13. Maji Dominicae Cantate Anni 1629 in percelebri monasterio Osterhoviensi ejusdem Ordinis celebrandi.

INDICTIO.

ANDREAS Monasterii Windbergensis humilis Abbas, et Sacri Praemonstratensis Ordinis per Circariam Bavaricam etc. Visitator Vicarius Generalis. RR. DD. Praelatis dictae Circariae et Ordinis salutem et religionis zelum.

Cum religiosis, ejusdem praesertim Instituti, nihil utilius, magisque necessarium esse videatur, quam ut de iis, quae ad vitae morumque conformationem pertinent, frequentes sermones inter se conferant, et circa oborientes difficultates et dubia communibus consiliis et auxiliis enodanda et explicanda studiose occupentur, hinc Provinciale Capitulum (in 3um finem a statutis nostris imperatum) in percelebri Osterhoviensi monasterio hoc anno Dnica. 4a.

1) Abt 1598-1631. Näheres über ihn s. *Analecta Praem.* Bd. IX. 1933, S. 33, Nota.

post Pascha circa horam 8am matutinam celebrandum existimavimus indicendum, prout harum serie induimus, praecipientes, ut quilibet Vestrum, cum suo Priore, vel alio religioso docto, et rerum Ordinis perito, intersit sub poena in inoboedientes a Rmo. D. N. Generali ferenda. In fidem indictionis praesentes chirographo sigilloque nostris die 12. Martii Anni 1629 communivimus.

PRAESES igitur dicti Capituli fuit Adm. Rdus. Pater ac Dominus Andreas Windbergensis Monasterii Abbas, et Rmi. DD. Petri Gossetii Praemonstratensis Abbatis ejusdemque Ordinis capituli, et reformatoris, per Circariam Bavaricam Visitor et Vicarius Generalis.

Indictioni huic obtemperantes interfuerunt Capitulo :

Rmus. D. Andreas Mayer, Abbas Wilthinensis, SS. Theologiae Doctor. ²⁾

Rmus. D. Georgius Greiss, Abbas Osterhoviensis ³⁾

Rmus. D. Norbertus Marstaller, Abbas Staingadensis ⁴⁾

Rmus. D. Dionysius Keller, Abbas Schefftlariensis ⁵⁾

Rmus. D. Christophorus Poschinger, Abbas ad S. Salvatorem ⁶⁾

Rmus. D. Petrus Bavarus, Praepositus Griphensis infulatus ⁷⁾

Rmus. D. Joannes Bapt. Textor, Praepositus Novae Cellae. ⁸⁾

Interfuerunt praeterea eidem Capitulo, et ad vocem deliberativam et consultativam admissi sunt Religiosi FF. :

R. P. Jacobus Zoia, Prior Windbergensis ⁹⁾

R. P. Matthias Duzmann, Prior Osterhoviensis

2) Abt 1621-50, gest. 1661. Der langwierige Jurisdiktionsstreit mit dem Fürstbischof von Brixen, auf den im folgenden angespielt wird, fand erst 1655 ein Ende. (vgl. S. Brunner, *Ein Chorherrenbuch*, S. 700-02).

3) Er war Profess von Windberg (vgl. L. Goovaerts, *Ecrivains... de l'Ordre de Prémontré*, Brüssel 1899-1916, vol. IV, p. 194), wo er 1606 Prior war (Archiv Windberg). 1625 wurde er Abt von Osterhofen und starb 1629. (L. H. Krick, *Personalstand der stabilen Klöster des Bistums Passau bei der Säkularisation*, Passau 1903, S. 68).

4) Abt 1623-45. Unter ihm wurde 1624 in Steingaden das gemeinsame Noviziat errichtet, das aber in den Kriegswirren der folgenden Jahre wieder einging. (M. Graf, *Geschichte des Klosters Steingaden*, in: *Sulzbacher Kalender*, Sulzbach 1907, S. 27).

5) Abt 1624-34. (C. L. Hugo, *Annales*, II 769)

6) Abt 1614-40. War vorher Prior in Osterhofen. (Krick, o.c., S. 67).

7) 1631 wurde er zum Abt erhoben und starb 1651. (C. L. Hugo, o.c., I 784).

8) Propst 1617-53, wurde 1631 als Nachfolger des Abtes Andreas von Windberg Generalvikar der bayer. Zirkarie. (Hugo, o.c., II 335).

9) War um 1620 Pfarrer in Sossau, von 1627 bis zu seinem Tod 1632 Prior. (Archiv Windb.).

R. P. Ludovicus Kentler, Prior Staingadensis ¹⁰⁾

R. P. Wolfgangus Thalhaimer, Prior Novae Cellae ¹¹⁾

R. P. Sabinus Aigenman, Canonicus Windbergensis, Secretarius Capituli ¹²⁾

R. P. Norbertus Pakh, Canonicus Schefftlariensis

R. P. Balthasar Regulus, Canonicus Griphensis

ACTA ET DEFINITIONES CAPITULI PROVINCIALIS

in percelebri Monasterio Osterhoviensi Dnica. Cantate et sequentibus diebus lunae, martii, mercurii et jovis anno 1629 celebrati.

Ante omnia dicta Dominica, circa horam 7am, sacrum Missae officium de Ste. Spiritu celebratum est, ut idem Spiritus praeses esse, nec non pacis et concordiae spiritum largiri dignaretur.

Quo facto, RR. DD. Praelati cum comitibus suis, in locum ad capitulares decisiones constitutum se contulere, ubi implorata rursus Spiritus Sti. assistentia, legi imprimis curavit R. D. Visitator Diploma visitationis, ac potestatis sibi commissae, exhortationeque ab eodem habita, communibus suffragiis secretarius Capituli, Definitorumque de more sunt constituti, atque ad citius expedienda Capituli negotia, statutum est, duplicem habendam sessionem, primam ab 8a antemeridiana ad 10am, et (secunda) 2a pomeridiana ad 4am, et ut toto tempore Synodi privatae ab unoquoque Missae celebrarentur, et ante octavam absolverentur, adhibita collecta de S. Spiritu.

His sic rite ordinatis, subsequenda puncta discutienda ac enodanda fuere proposita :

I.

An, quot et qui ex Circaria nostra ad proxime futurum Genarale Capitulum sint mittendi, ut indicatione, seu institutione eiusdem

10) Vgl. Goovaerts, o.c. I 439. Er was von diesem Provinzialkapitel zum Professor der Theologie für ein zu errichtendes Generalstudium vorgesehen, der Plan ging aber nicht durch und die diesbezügliche Bemerkung unter seinem Namen ist in der Hs. wieder ausgestrichen. Erst nach dem 30 jährigen Krieg, 1653, wurde in Steingaden ein Generalstudium errichtet, das aber bald wieder einging. (vgl. Graf, o.c., S. 28).

11) Vgl. Goovaerts, o.c., II 238.

12) Bis 1623 war er Pfarrer von Hunderdorf (excurrendo) und Supprior, 1623-26 in Sossau, 1626-27 Prior. Er war als Philosophieprofessor für das zu errichtende Generalstudium vorgeschlagen. 1631 wurde er Abt und starb 1634. (Archiv Windb., Taufmatrikeln von Hunderdorf und Sossau).

accepta, opus non sit, denuo pro deliberatione convocare conventum, et novas impensas facere ;

Respondet Capitulum : Quamvis pericula viarum hoc tempore satis gravia sint, locus procul dissitus, iter multos requirens sumptus, cum tamen nihil desideret magis, quam studere commodis, immo se totum impendere utilitatibus Ordinis, duos e gremio suo communibus sumptibus mittere velle, et cum Rdo. D. Visitatori ad iter tam longum vires deesse videantur, hanc provinciam RR. DD. Wiltinensis et Staingadensis Monasteriorum praelatis demandavit ¹³⁾.

Quantum ad difficultates et dubia, Generali Capitulo tunc proponenda, attinet, conclusum est, ut quodlibet monasterium tempestive, si quae habet, ad R. D. Visitatorem referat, ut in ordinem redacta, ea, qua par est reverentia, Generali Capituli exhiberi, seu proponi possint, prius Rdis. Circariae praelatis singulis singula esse communicanda.

II.

In quibus terminis nobile monasterium B. Virginis Sponshart (sic) sit, intellexit Capitulum ex litteris benignissimis, a Serenissimo nostro Principe Electore datis, quibus, et exemplo aliorum ordinum permotum, omnino necessarium pro rebus ordinis stabiliendis arbitratur, ut Serenissimo Electori duo religiosi, litteris et moribus conspicui, ad Palatinatus conversionem offerantur, quorum opera vel in parochiis praedicti loci, vel alibi, prout magis placeret, ut possit ; nihilque intermittendum esse a quopiam, quod pro nata aliqua et ad rem commoda occasione, ad promovendam, praesertim ad finem currente annorum termino, restitutionem, huius praenobilis monasterii facere videbitur ¹⁴⁾.

Ad curam igitur animarum inibi agendam nominati sunt duo : unus ex Wilthinensi, alter ex Staingadensi monasteriis ¹⁵⁾.

13) Die beiden Prälaten nahmen tatsächlich am Generalkapitel von 1630 teil.

14) Speinshart war 1556, als die Oberpfalz kalvinisch wurde, aufgehoben worden. Ueber den Versuch einer Wiederherstellung um 1625 finden sich interessante Akten unter den Prüfeninger Archivalien im Kloster Metten. Eine Zeitlang war die Pfarrei von Jesuiten versehen, kam aber bald wieder an den Orden. (siehe folgende Note) Die völlige Wiederherstellung des Klosters erfolgte erst 1669 von Steingaden aus. (vgl. G. Blössner, *Die Aebte des Prämonstratenserklusters Speinshart...* 1691-1803, Regensburg 1904, Vorwort).

15) Von Wilten aus wurden 1629 drei Chorherren nach Speinshart geschickt : Fr. Kaspar Baumgartner, Fr. Joseph Stärkl (gest. daselbst an der Pest, am 8. Mai 1633) und Fr. Paulus Dax (?), der 1632 nach Wilten zurückkehrte. (Mitteilung von D. Siard Wimmer, Wilten).

III.

Non minorem curam, ac studium existimat Capitulum adhibendum esse, in recuperando ac Ordinis jurisdictioni plene subdendo percelebri Wilthinensi monasterio, probavitque litteras a Rmo. D. Rothensi Abbate ad Rmum. ac Illmum. Episcopum Brixinensem in hunc finem scriptas.

IV.

Ad promovenda magis studia a Statutis iniuncta, et in singula monasteria successu temporis facilius introducenda, utque religiosi cum litteris simul pietatem, et religiosam vitam imbibant, atque addiscant; operae pretium fore arbitratur Capitulum, si primariae facultates, utpote Theologia scholastica et Philosophia, in certis Circariae monasteriis, et reliquae in singulis (prout cum utiliter coeptum est) publice doceantur, ad quae RR. DD. Praelati suos quos matura deliberatione praehabita idoneos reppererint, mittere teneantur.

In eum finem statuit nunc temporis, in tanta annonae caritate pro cuiusque vita singulis annis 80 fl. esse solvandos, quo ad vestitum et alia, ea servanda esse, quae pro novitiis in proxima Osterhoviensi Synodo hac de re praescripta fuere. Et ne quod monasterium diuturniore professura oneretur, R. D. Visitatori committit, ut quando id expedire judicaverit, illud studium in aliud monasterium transferre, et ex illo professorem, si idoneus habeatur, assumere vel ex alio, qui gratis doceat, instituere, institutumque ex justa causa mutare, vel omnino removere, libere possit. Dictus professor victum habeat a monasterio, in quo doceat, et vestitum decentem, et alia, ab aliis.

V.

Novitiatum communem a proxima provinciali Synodo, in celeberrimo Staingadensi monasterio institutum, quoad omnia, de eodem tunc edita, eiusdem monasterii R. D. Abbatem plurimum in Domino exhortans, ut quo coepit pede novitios instruere pergat, talemque coadjutorem sibi ex suis assumat vel aliunde adsciscat et habeat semper, qui super infirmum hunc gregem continuas vigilias ac excubias agat. Et quoniam loci distantia R. D. Griphensi Praeposito difficultatem suos eo mittendi parere videtur, prout Rmo. D. N. Generali humiliter supplicavit, ab hoc onere absolvendum esse exis-

timat Capitulum, modo idoneum magistrum semper habeat, qui ipsos juxta statutorum decreta sufficienter instruat, ejus conscientiam desuper onerando.

VI.

Statutorum sanctionibus de praescribenda pastoribus temporis distributione, Capitulum satisfacere volens, sequentem condidit, quam et ab omnibus, etiam cooperatoribus eorundem, exacte observari mandat.

DISTRIBUTIO TEMPORIS

pro pastoribus et eorundem cooperatoribus a provinciali Synodo Osterhoviensi ex decreto statutorum nostrorum, 15. die Maji Anno 1629 edita ¹⁶⁾ :

Mane hora 4a, vel circiter, surgant ; et post media hora spatium matutinas simul devote recitent.

Matutinis absolutis, per mediam horam meditationi ut in monasterio vacent.

Finita media hora, meditationi dicata, dicant Primam et Capitulum. Deinde de re domestica et circa familiam pastor (nam illi cura haec primario incumbit) disponat, sed caveat, ne feminarum ministerio in aedibus uti praesumat.

Rebus et negotiis externis rite dispositis, ad studia se conferant, et pro gravi cura animarum necessaria non tam legant quam addiscant.

Singulis mensibus, ad minimum ter (nisi conscientia saepius dicitur) confiteantur confessariis a statutis determinatis. Instructionem circa casus reservatos a singulis praelatis suis dandam stricte observantes, quibus, vel specialiter ab ipsis deputatis, et in Paschate confiteri sub lata poena teneantur.

Hora sesqui nona vel circiter, Tertiam et Sextam (diebus festis, quae in foro, observantur citius) recitent, et ad Sacrum celebrandum vel audiendum se praeparent ; si non quotidie, saltem aliquoties in septimana Missam legere satagant ; sordes et immunditias rerum sacram sedulo evitent, decorem domus Dei zelantes.

16) Vgl. « *Capitula Sueviae* », (hsg von Valvekens-van Genechten, in *Analecta Praem.* Bd. I-V) S. 152-62, wo dieses Thema viel ausführlicher behandelt wird.

Hora sesqui undecima vel circiter, sumatur prandium parcum et religiosum, nec ultra horam prolongetur. Sub refectione, a famulo habeatur lectio de concernentibus animae salutem; et si is peritus non sit, alter eorum eam in initio et in fine adhibeat, ut non tantum fauces sumant cibum, sed et aures esuriant Dei verbum. Ab invitatione hospitum abstineant, nec facile ad mensam suam admittant, nisi quos certa ratio suaserit admittendos. Socius id nunquam absque assensu pastoris attentare audeat.

Post prandium usque ad primam, vel die jejunii usque ad secundam honeste se recreant, in horto laborent, vel id agant, quod rei domesticae, corpori, et animae maxime videbitur expedire.

Hora prima, jejuniorum diebus secunda, pro futura concione studiis vacantes, probatos authores legant usque ad tertiam, eandem concionem ad captum et utilitatem auditorum dirigentes et accommodantes.

Hora tertia Vesperas et Completorium recitent, deinde usque ad quartam respirent, vel potius utiliter se occupent, otium omnium malorum seminarium, vitantes.

Hora 4a. ad 5am., et die jejunii ad 6am., in studia incumbant.

Hora 5a. coenam sumant, cibi ut in prandio se habebunt.

Hora 6a. circiter, post coenam, rursus honestae occupationi, vel utili colloquio indulgeant, et a 7a. ad 8am., vel circiter, studiis vacent.

Singulis sextis feriis, post sumptam collationem (quam aliqualis lectio praecedat) Regulam S. P. N. Augustini (quam nisi damnari velint ad amussim servare teneantur) et alis esurialibus feriis, statuta recentia, et Provincialis Capituli decreta diligentissime perlegant, praesertim ea, quae ipsos potissimum concernant, nempe ex cap. 13 dist. 2 statutorum, quae ipsis praescribuntur servanda, et Cap. 10 dist. 4 quae ipsis interdicuntur. Item ex cap. 24 ejusdem distinctionis: de negotiatione vitanda et partionariis non habendis. Ex Synodo Osterhoviensi ao. 1624 habita, methodum tendendi ad perfectionem, obligationem ad vota, et statuta, et ex aliis ipsis specialiter praescriptis alia, quae sui status et muneris sunt, addiscant, ac in eum finem eadem ad manum descripta habeant.

Diebus Dominicis et festis, circa finem concionum clare, e suggestu articulum aliquem fidei rudi plebi exponant, et hoc unice curent, ut omnes, praesertim eos fidei articulos sciant et intelligant, quos ipsos scire et credere omnino oportet. Vae negligentibus pastoribus. Iisdem diebus, horis pomeridianis, in catechesi seu doctrina christiana juventutem impigre instituant. Ne autem dum alios pas-

cunt, ipsi fame pereant, dictis diebus piorum libellorum lectione spiritum reficiant, adversus omnes insidias, et pericula studiose se munientes.

Circa 8am. quadrantis horae spacio, examen conscientiae instituant, in fine Litanias B. V. pro facili morte adiungant, et aliis piis precibus se Deo, Angelo Custodi etc. devote commendent, ac clausis domus ostiis ad quietem se recipiant. In unoquoque cubili, si fieri potest, separatis lectis dormiant semper.

VII.

Apostatae, ut sub forma subiectorum litterarum, sumptibus monasteriorum, a quibus desciverunt, revocentur, vult et mandat Capitulum :

ANDREAS Monasterii Windbergensis, Ordinis Praemonstratensis, Dioecesis Ratisbonensis humilis Abbas, Rmi. Dni. Petri Gossetii, Ordinis Capituli et Reformatoris per Bavariam etc. Visitator et Vicarius Generalis, Religiosis Patribus, Fratribus nostris, salutem et constantiam.

Peractis atque ordinatis in proxima Osterhoviensi Synodo, Dnica. 4a. post Pascha celebrata, omnibus iis, quae ad bonum Ordinis, ac Circariae nostrae, spectare visa sunt, ad quorundam monasteriorum apostatas, velut errantes et derelictas oves, Synodus oculos convertens, eosque paterne ad caulas suas, monasteria, unde exierant, revocare cupiens, duobus probatae vitae religiosis, a nobis seligendis, hoc negotium duxit esse committendum. Hinc est, quod vos, de quorum religionis zelo prudentia plurimum in domino confidimus, illi negotio praeficiendos duxerimus ; prout per praesentes praeficiamus praecipientes vobis autoritate praedicti Synodi, ut accepta de dictis apostatis informatione, statim ad Rmos. Episcopos, in quorum Dioecesibus commorantur, properetis, eisdem fidele totius Ordinis nostri obsequium nomine Rmi Dni. Generalis nostri oblaturi, illosque supplices rogaturi, ut apostatas nostros, in illorum ditione, cum magno multorum scandalo, salutis suae disperdio, et ordinis nostri dedecore degentes, mox relictis omnibus, ad aratrum, in quod manum miserunt, redire iubeant, vobis si necesse sit, manus adjutrices porrigendo, invocato etiam, si opus sit, brachii saecularis auxilio, quatenus sic propriis augeantur meritis, et abundantius participant tanto bono, et orationibus quae quotidie in toto ordine nostro, pro ipsius benefactoribus Divinae Maiestati offeruntur.

In quorum fidem ac robur, praesentes nostris chyrographo ac

sigillo consuetis in nostro monasterio Windbergensi, die x. anni 1629 communiri curavimus.

Fr. Andreas Abbas
et Vicarius supradictus

De mandato Rmi. Dni. Abbatis mei supradicti
Fr. Sabinus Aigenmann
Capituli Secretarius

Atque ut ceteri religiosi lapsum in apostasiam formidare discant, jubet Capitulum, ut in singulis monasteriis singuli praelati, ad minus semel in anno, in Vigilia Nativitatis Domini, publice in Capitulo, cui omnes intererunt, ipsos apostatas, et alios in generali excommunicatione comprehensos, excommunicationis gladio feriant sub hanc forma :

« Auctoritate Dei omnipotentis, et S. Sedis Apostolicae, excommunicamus, et a consortio Christianorum sequestramus omnes canonicos et conversos nobis subditos proprietatem habentes obstinate, incendiarios, ac falsarios, litterarum Ordinis nostri, conspiratores, deciorum, apostatas, et illos, qui ad nostrum mandatum ecclesias parochiales, quas tenent, nolunt resignare. » Et hoc dicto, cereum, quem excommunicator habet prae manibus accensam, in terram labi permittat. »

VIII.

An ex Circaria nostra, ad instantiam R. D. Abbatis Rothensis Circariae Suevicae Visitoris, aliquis vel aliqui cum instructione, et commissione debita, mittendus vel mittendi sint ad conventum Circariarum Ordinis, forte mense Julio in urbe Herbipoli celebrandum, in quo agetur de communi syndico, apud aulam Caesaris alendo, de monasteriorum recuperatione ¹⁷⁾ etc. et in similibus Circariae nostrae tangentibus proportionatam quotam solvere velit ?

Respondet Capitulum :

Circariam Bavaricam adeo bellicis contributionibus esse oneratam, ut se ad sumptus in dictum finem refundendos, insufficientem existimet ; ad Wilthinensia et Sponshartensia jura Ordini recuperanda omnem opem et operam polliceri.

Moniti praeterea omnes a R. D. Visitatore, ut si quis quid pro communi bono Ordinis, Circariae, vel cuiusquam privato, pro mode-

17) *Cap. Sueviae* S. 171, 2.

randis moribus, corrigendis gravioribus excessibus, controversiis componendis haberet proponendum, libere proponeret, quod et factum, et omnibus, Deo inspirante, satisfactum.

Domum conclusum, constitutiones omnes, in proxima provinciali synodo anno 1624 editas, et a Rmo. approbatas, ab omnibus etiam in futurum exacte, cum his nostris eadem autoritate approbatis, observandas et practicandas esse.

IX.

His sic rite ad finem perductis, proposuit et exposuit R. D. Visitator Capitulo, qua ratione suum monasterium antiquitus pluribus foundationibus oneratum et superoneratum fuerit, quae vel ob exiguam stipem, et ob sacerdotum penuriam, vel omnino neglectae, vel ex parte tantum fuere observatae, enixe rogans, ut pro potestate sua, a Generali Capitulo, vi statutorum accepta, de proponendis quibusdam foundationibus prout in Domino judicaret expedire, disponere dignaretur. Cujus justae petitioni annuens, imprimis de modo seu methodo facienda reductionis deliberans, certas aliquas regulas condidit, ad quas hujus Circariae praelati, qui se gravati sentiunt, suarum foundationum reductiones accomodarent, et Rdissimo pro approbatione transmitterent.

Supra scripta fuere acta et decreta, in florentissima Bavaricae Circariae synodo, necnon Adm. R. D. Visitatoris et aliorum manus subscriptione communita, die 17 mensis Maji anno 1629 in celeberrimo Osterhoviensi monasterio.

Fr. Andreas Abbas in Windberg, et Synodi Visitator.

Fr. Andreas Abbas Wilthinensis

Fr. Georgius Abbas Osterhoviensis

Fr. Norbertus Abbas Staingadensis

Fr. Dionysius Abbas in Schöfftlarn

Fr. Petrus Praepositus infulatus (Griffensis)

Fr. Jo. Baptista Novaecellae Praepositus

Fr. Christophorus Abbas S. Salvatoris

APPENDIX PRIMUS.

Regulae quaedam pro reductione anniversariorum in Provinciali Capitulo Osterhoviensi Anno 29 pro Circaria Bavarica ad rati-
habitionem Rmi. D. Nri. Generalis EDITAE :

Primo quaerebatur :

Utrum Circaria Bavarica in reductione anniversariorum se conformare velit Circariae Suevicæ ?

Capitulum respondit :

Reductionem anniversariorum Circariae Suevicæ prudenter factam esse ideoque Circaria Bavarica se ei conformaturam.

2.

Qua ratione omnia genera frumentorum in certis et proportionatis suis mensuris taxari et aestimari possint aut debeant. Quod pariter de parvis servitiis intelligitur.

(Nota P. Visitatoris : Aestimatio sive taxatio schaphæ facta est ad Straubinganam mensuram, ut servetur, ita ut in tritico et siligine sit 21 modis, in hordeo 23, in avena 25).

Capitulum respondit :

Triticum aestimandum : 5 fl.

Siliginem : 4 fl.

Hordeum : 3 fl.

Avenam : 2 fl.

Sex ova : 1 kr.

Caseum : 1 kr.

Pullum gallinaceum : 1 kr.

Gallinam : 3 kr.

Anserem : 6 kr.

Semellam : 1 kr.

3.

Quanta compensa sufficiens sit pro anniversario et missis legendis ?

Capitulum respondit :

Sufficere : 4 fl. (vel circiter. Nota Visitatoris) Quando officium defunctorum totaliter tantum legitur, quando vero cantatur,

dandos esse : 8 fl.

4.

Quid dandum sit pro missa foundationis ?

Capitulum respondit :

Dandum esse : 1 fl.

5.

Quid faciendum, quando ignoratur compensa certa, vel quando bona non adsunt, vel nescitur, qua ratione a monasteriis sint alienata ?

Capitulum respondit :

Nihil esse agendum aut servandum, quando anniversarius scriptus quidem in tabula vel alibi reperitur, non tamen inusu esse consuevit, neque ullum probabile indicium unde sit aut provenerit, exstat. Quando vero non tantum in tabula sed etiam in usu fuit et est, aliquid esse servandum, etiamsi non constet, quid foundationis causa, vel an aliquid datum sit.

6.

An reductio fieri debeat, juxta expensas, vel valorem empti fundi, seu census annui qui solutus fuit in frumento ?

Capitulum respondit :

Fieri debere secundum censum pecuniarum.

7.

Utrum Missa Matutinalis applicari possit pro Missa Foundationis ?

Capitulum respondit :

Applicari posse, et hoc constare ex praxi ordinis.

8.

Utrum liberalem illam bonorum operum applicationem, qua Suevica Circaria in reductione utitur, Circaria Bavaria acceptare velit ?

Capitulum respondit :

Non esse acceptandam, sufficereque Missam et Missantem.

9.

Utrum parochiae incorporatae (Nota P. Visitatoris : Addenda fuissent ex mente Capituli verba « pleno jure ») pariter ac monasteria reductione hactenus tractata uti possint ?

Capitulum respondit :

Eo modo possunt reducere, quo reducunt in monasterio.

10.

Quid accipiendum pro anniversario a sacerdote solo cantando vel legendo in parochia ?

Capitulum respondit :

Accipi posse : 1fl. 30 kr.

11.

(N.B. Sequentes quaestiones et earum resolutiones a numero undecimo inclusive usque ad decimum quintum exclusive Monasterium Windbergense concernebant).

Quid agendum circa anniversarium Joannis de Degenberg ?

Capitulum respondit :

In hoc casu recursum fieri posse ad ordinarium, non tamquam ad iudicem, sed consilii gratia.

12.

Septem anniversaria sunt, de quibus nihil certi constat. Quaeritur, qua ratione combinari possint.

Capitulum respondit :

Pro omnibus unum aut alterum anniversarium celebrari posse.

13.

Quid sentiendum de ligno Absang vocato, de qua nihil amplius constat. Utrum occasione illius anniversarium celebrari possit aut debeat ?

Capitulum respondit :

In communi aliquid de eo fieri posse, per collectionem.

14.

Quid sentiendum de vinea prope Krembs sita (jugeris duobus cum dimidia) ? ¹⁸⁾

18) Vgl. Necrol. Windbergense, (MGH, Necr. V) 8. März : Mathildis de

Capitulum respondit :

Ubi jugera aestimavit. :	150 fl.
Si totum officium cantetur, pendendos esse :	8 fl.
Si vero legatur :	4 fl. ut communis regula habeatur.

15.

Quanti aestimari possit una pratorum diaeta ad incertos anniversarios spectantium ?

Capitulum respondit :

Aestimari posse : 50 fl.

16.

Dubitabatur quid nomine « *Seelgeraidt* » intelligi possit.

Capitulum respondit :

Esse communium suffragiorum participationem.

17.

A Capitulo provinciali decusum est, ut deinceps, quando asportantur « Rotulae », ut vocant ¹⁹⁾, ex Circaria Bavarica, vicissim haec sit obligatio ut Placebo, Vigiliae, cum tribus lectionibus, minori commendatione et missa persolvantur, sine cantu, accensis duabus candelis.

18.

Quid faciendum, si plures simul in Rotulis asportantur, an pluribus vel uno officio absolvendi ?

Krems, quae dedit nobis vineam in Austria. (cf. A. Zak in *Analecta Praem* Bd. VI, S. 197), und 21. Febr. : Thomas Stängl, capellanus in Krems, frater noster, qui dedit nobis vineam « Praymangerer am Gebling » anno 1603. Diese letztere Notiz findet sich nur in den « Excerpta ex Necrologio Windbergensi », (in den « *Monumenta Boica* » XIV, München 1785, S. 90-108).

19) Diese « Roteln », die an alle konföderierten Klöster verschickt wurden, enthielten im 16. Jahrhundert nur die Todesnachricht, im 17/18. Jahrh. wurden allmählich regelrechte Biographien des Verstorbenen daraus. Sie sind deshalb für Personalforschung unentbehrlich. Grosse Rotelsammlungen befinden sich in den Benediktinerklöstern Metten, Michaelbeuern, (120 aus Windberg) St. Peter in Salzburg, Seitenstetten, und in der Kreisbibliothek zu Regensburg (28 aus Windberg).

Capitulum respondit :

Omnes simul suum officium accipere debere, nec opus esse, ut singulis singula officia persolvantur.

Commisit demum Capitulum P. Visitatori, ut in casu quo circumstantia aliqua anniversarii dotatio, prae alterius obligationis impositae, difficultatem pareret, expedire posset.

Fr. Andreas Abbas

Windbergensis, Visitator et Synodi Praeses.

Fr. Andreas Abbas Wilthinensis

Fr. Norbertus abbas Staingadensis

Fr. Georgius Abbas Osterhoviensis

Fr. Petrus Praepositus Grifensis

Fr. Dionysius Abbas in Schoefftlarn

Fr. Joannes Bapt. Praepositus Novaecellensis

Fr. Christophorus abbas S. Salvatoris

APPENDIX SECUNDUS.

Modus reductionis anniversariorum factae in Capitulo Provinciali Circariae Sueviae.

(Abschrift des in Anal. Praem. III 3, p. 182-185 publizierten Textes).

APPENDIX TERTIUS.

EX LITTERIS D. VISITATORIS CIRCARIAE SUEVIAE IMMEDIATE ANTE CAPITULUM PROVINCIALE OSTERHOVIENSE
AD R. D. VISITATOREM BAVARIAE DATIS.

Ut praeter reliqua iam submissa de reductione anniversariorum plenius propositis quaestionibus satisfaciam, arbitror in hac ut prudenter et sine conscientiae laesione fiat, haec observanda.

1. Ad omnes omnino proventus tam ordinarios quam extraordinarios, sive illi ex pecunia proveniant, sive ex re pecunia aestimabili servata rerum proportionem, ratio est habenda.

2. Pretium ex communi et media, atque ut plurimum consueta aestimatione (quae diuturnior esse solet, nec cum caritate annonae coniuncta est) desumendum.

3. Pro anniversario cum plenis vigiliis lectis, media commendatione et missa cantata plerumque apud nos assignatum pretium 5 vel 6 circiter florenorum : pro missa aliqua communi seu quotidiana nihil taxatum ; facile hoc vel ex theologis, vel consuetudine habetur.

4. Non memini apud nos onera stipis fuisse adiuncta, ubi vero illa sunt, stricte attendendum est ad proventus, quae si paulum suppetunt, non facile hic aliquid mutandum iudico, praesertim cum similia magnas soleant parere offensiones, oblocutiones et scandala.

5. Dies anniversarii cum plenis vigiliis et missa cantata sine aliis oneribus, quorum proventus annuus ad 5 vel plures florenos assurgit, relictis apud nos in suo vigore et flore, uti merito decet, fierique debet.

6. Ad nostra quod attinet anniversaria, pleraque instituta sunt ex more ordinis cum plenis vigiliis, commendatione et missa, aliqua etiam omnes sacerdotes ad celebrandum obligabant, sed ea fere sufficienter dotata, alia onera annexa nescio, sicut nec sub poena restitutionis alii loco pio.

7. Dotata sunt porro in parata pecunia ut plurimum, aliqua etiam in bonis immobilibus, sed pauca, et plerumque sufficientes proventus afferentia.

8. Applicatio proventuum ideo apud nos divisa, ut una pars monasterio, alia ecclesiae patrono cedat, quia ecclesiae suos propriae proventus apud nos habent, et quia in anniversariis luminaria et alia ex sacristia subministrantur, dignum et justum videtur, aliquod saltem proventuum ecclesiae cedere patrono.

Abtei Windberg.

Fr. Norbert BACKMUND.

* * *

PROTOKOLL DER WAHL DES ABTES AUGUSTIN SCHMIDPAUER VON WINDBERG. — 1717. —:-

Nos Ferdinandus, Dei gracia Sacri, Canonici, et exempti O. Praem. humilis abbas Osterhoviensis ¹⁾, SS. Theologiae Licentiat, Sere-
nissimi Electoris Bavariae Ducis Capellanus, Summus et Eleemosy-
narius, Protonotarius Apostolicus, Comes Palatinus in Electorali
consilio aulico Monacensi, Immatriculatus eques auratus, ad alium
Salvatore ²⁾ Pater Abbas, statuum Provincialium Bavariae ad steu-
ras deputatus, ad praesentem electionis actum a Rmo. ac Illmo. Dno.
Claudio Honorato Lucas, Abbate Praemonstratense, totiusque sacri
ordinis Generale, Ecclesiae Windbergensis Patre Abbate, seu im-
mediate substitutus sive delegatus, universis et singulis, ad quos

1) Abt Ferdinand Schöller von Osterhofen 1701-17.

2) St. Salvator b. Ortenburg (1309-1803).